



BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2008

Concepteur : ESSEC

Code sujet

**75 LA
CCIP_LV1**

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

PREMIERE LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Vendredi 2 mai de 8h à 12h

La véritable amitié

Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Rarum genus ; et quidem omnia praeclara rara, nec quicquam difficilius quam reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit, et amicos, tamquam pecudes, eos potissimum diligunt ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos.

5 Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia per se et propter se expetita, nec ipsi sibi exemplo sunt (1), haec uis amicitiae et qualis et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est. Quod nisi idem in amicitiam transferetur, uerus amicus numquam reperietur : est enim is qui est tamquam alter idem.

10 Quod si hoc apparet in bestiis, uolucris, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsae diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur), deinde ut requirant atque adpetant, ad quas se adplicant, eiusdem generis animantes (idque faciunt cum desiderio et cum quadam similitudine amoris humani), quanto id magis

15 in homine fit natura, qui et se ipse diligit, et alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat ut efficiat paene unum ex duobus !

CICÉRON

1) *sibi exemplo sunt* commande la double interrogative indirecte qui suit.

- * RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
- * Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.